



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopo inculpato qui ad synodus vocatus venire contempserat. cxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

accusatores affererent. De cuius intentionibus & moribus sit secretum maximum , tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentaret. Quem manichæorum inuolutum caligine arguunt, turpique se&ta olim. Ita quum non posset abluere animum sordida improbatione , obie&taque ei gesta synodalia profrentes, & commissis inuolutum vndiq; flagitiis, nullum ei sanitatis habuisse respectum, quem furore suo & insana temeritate ad secularium quoque iudiciū tribunali subditum quæstioni , quod in vili quoque persona turpissimum est, obiicerent. Peruenisse eum ad homicidij damna afferunt, gestis prolati in medium. Et hunc talem post tanta talique commissa , episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vendicare, in propriè ciuitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur , & sanctum nomen vendicando sibi velle polluere. Ideoque fratres charissimi, quia audiendus hic præsentare se noluit, nec conuictus forsitan ab accusantibus se defendere poscit : digna tandem aliquando præsentatus episcopali iudicio pronunciationis congruè feriri sententia iudicamus. Quamquam illi quum edocta fuerint, sciamus huius nominis non esse iacturam , qui pudorem nunquam habuisse facerotij perhibetur , & locum suum nec modico quidem tempore custodisse, dilationem dedimus , & decreuimus vestram debere intra prouinciam esse iudicium, & congregare synodum ante diem Calendarum Nouembrium , vt si adesse voluerit præsens , si confidit ad obiecta respondeat : si adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato iudicio, purgandi se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine omnia quæ dicta sunt comprobentur: quum ipsa quoque pro cōfessione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, vt ad prouinciam venire cogatur , & illic se constituto præsentare iudicio . Quicquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum , quum ad nos relatum fuerit nostra, vt condecet, necesse est autoritate firmetur.

De episcopo inculpato qui ad synodum vocatus, venire contempserat. Cap. CXII.

**R**echeyvinum episcopum qui contra sanctorum cano- *Desyno-*  
num sanctiones Strazburgensem Ecclesiam inuasit, do apud  
quam ad sanctam synodū per literas nostras inuitauimus, Altheim  
& venire contemnens, nec vicarium suum misit, autorita- *habita-*  
te sancti Petri, ego Ioannes vicarius apostolici, ex præce- *cap. 10.*  
pto sanctæ præsentis synodi iniungendo vocamus iterum,  
& præcipimus quatenus ad concilium, id est, May Mogun-  
tiæ indicū à Metropolitano episcopo suo, ad præsentiam  
venerabilis Herigeri archiepiscopi & confratrum suorum  
veniat, suæ inobedientiæ & peruersitatis ibidem iustam  
rationem redditurus. Sin autem negligenter & hoc agere  
paruipenderit, abstineat se à proprio gradu, donec Ro-  
mam veniens, coram domino papa, & sancta Ecclesia  
reddat rationem.

*Qui primates sint, qui Metropolitani.*

*Caput. CLXIII.*

**P**rimates illi & non alij sint, quam qui in Nicæna sy- *Ex cap.*  
nodo sunt constituti. Reliqui verò, qui metropoles te- *concil.*  
nent sedes, archiepiscopi vocantur & non primates: sal- *Niceni,*  
ua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso quæ addi-  
domino est concessa, & postea à sanctis patribus ro- *ta sunt a-*  
borata. *Felice pa.*

*Quod neganda sit accusatis licentia criminandi prius-*  
*quam se crimine exuerint, & familiaribus at-*  
*ques sponte confessis, & qui hesterno die, aut*  
*perendie, aut ante fuerunt inimici.*

*Caput. CLXIV.*

**E**t neganda est accusatis licentia criminandi prius- *Ex decr.*  
quam se criminé quo premuntur exuerint: quia non Stephani  
est credendum contra alios eorum confessioni qui crimi- *papæ om-*  
nibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: *nibus epi-*  
quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus *scopis mis-*  
quemcunque professio. Familiares verò & spōte confessi, *sis, ca. 11.*  
atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui  
hesterna die aut perendie, aut antē fuerunt inimici.

*De criminationibus aduersus doctores non suscipien-*  
*dis, & de peregrinis iudiciis. Cap. CLXV.*

**E**t licet hęc possit generaliter dicta sufficere, ut vel de- *Eusebii*  
clinemus errata vel custodiam<sup>9</sup> catholica: ab apostolis *pap. c. 17*